Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Ante deum lacrimas que sine lege fluunt
Hi dum placant semper veniam que merent
His sua cuncta lauant crimina quicquid agunt
Omnibus auretenus licet his nutrire capillos
Sed non ulterius regula namque vetat
Utuntur niueis agni de corpore
Pellibus impulsis pallia nigra gerunt
Hec caput abscondunt omnes sub tegmine nigro
Sub tunicis nigris candida membra latent
Cingula nulla ferunt sed nec femoralibus uti
Consuetudo fuit nescio si modo sit
Nunquam rixant nisi cum locus exigit aut res
Sed neque percutiunt sit nisi causa grauis
Harum sunt steriles quedam vero parturientes
Virgineoque tamen nomine cuncta tegent
Que pastoralis baculi dotatur honore
Illa quidem melius fertilius que parit
Vix etiam quis sterilis reperitur in illis
Donec eis etas talia posse negat

De Simpligram

Est et adhuc alius nuper nouus ordo reptus
Quem bene nam nouus est commemorare decet
Hic caput angelorum fines exortus ab ipso
Nomen habet natus quo fuit ipse locus
Simpligram dictus de simplicitate vocatus
Sim per antifrasim ordo vocatur ita
Canonici missas reliquumque sorores
Explent officii debita vota sui
Corpora non voces murus designat in unum

207v